



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Calendarivm Novum & Antiquum

Thomas <von Kempen>

Coloniae, 1651

Martivs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55129](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55129)

NOVVM, ET ANTIQ. IS
& humilior ex tribulatione fi-
as, l. 2. c. 12.

Dies
mensis

MARTIVS.

- Kal. 1 **N**ON est aliquis ordo tam
sanctus, nec locus tam se-
cretus, vbi non sint tentatio-
nes, vel aduersitates, l. 1. c. 13.
- VI. 2 Quam felix & prudens, quō
talis nunc nititur esse in vita,
qualis optat inveniri in morte,
l. 1. c. 23.
- V. 3 Nimis casualiter stat, qui non
proijcit omnem sollicitudinem
in te Domine, l. 3. c. 19.
- IV. 4 Homines fumus, nec aliud,
quam fragiles homines sumus,
etiamsi angeli à multis æstima-
mur, & dicimur, l. 3. c. 70.
- III 5 Eâdem re vnde quis delectatio-
nem concipit, inde doloris pœ-
nam frequenter recipit, l. 3, c.
13.
- Prid. 6 Omnibus ergo perlectis &
scrutatis, sit ista finalis con-
clu-

- conclusio: Quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. l. 2. c. 12.
- Non. 7 Hæc est gratia ad amicorum, pati & tribulari in mundo pro amore tuo, quotiescunque, à quocunque, & quomodocunque id permiseris fieri, l. 3. c. 55.
- XIII 8 Quid quæris quietem, cum natus sis ad laborem? l. 2. c. 10.
- VII 9 Cum humilibus & simplicibus, cum deuotis & morigeratis sociare: & quæ ædificationis erunt, pertracta, l. 1. c. 8.
- VI 10 Testimonium hominum sæpe fallit, meum iudicium verum est. stabit & non subuertetur, l. 3. c. 51.
- V 11 Non potes effugere crucem, quocunque cucurreris: quia quocunque perueneris, te ipsum tecum portas, & semper te ipsum inuenies, l. 2. c. 12.
- IV 12 Non attrahas tibi res aliorum, nec te implices causis maiorum, l. 1. c. 21.

- III 13 Si Spiritum amo, de spiritua-
libus cogitare delector, l. 3.
c. 13.
- Frid. 14 Tentatio est vita humana
super terram, l. I. c. 13.
- Idib 15 Verum est, quòd vnusquisque
libenter, agit pro sensu suo, &
inclinatur ad eos magis, qui se-
cum sentiunt, l. I. c. 9.
- XVII. 16 Nihil magis dignus sum,
quàm flagellari & puniri: quia
grauiter & sæpe te offendi, &
in multis valde deliqui, l. 3.
c. 57.
- XVI 17 Diuitibus noli blandiri, & co-
ram magnatibus non libenter
appareas, l. I. c. 8.
- XV 18 Non sit pax tua in ore homi-
num, siue enim bene, siue male
interpretati fuerint, non ideo
es alter homo, l. 3. c. 33.
- XIV 19 Nescimus sæpe, quid possu-
mus; sed tentatio aperit, quid
sumus l. I. c. 13.
- XI. I 20 Si reus es, cogita, quòd te
libenter velis emendare, l. 3.
c. 51.

- XII. 21. Mundi gloriam semper comitatur tristitia, l. 2. c. 6.
- XI. 22 Nemo ita cordialiter sentit passionem Christi, sicuti, cui contigerit similia pati, l. 2. c. 12.
- X. 23 Nisi steteris in Deo, per mutare te potes, sed non meliorare, l. 3. c. 31.
- IX. 24 Vna tentatione seu tribulatione recedente alia superuenit: & semper aliquid ad patientiam habebimus, l. 1. c. 13.
- VIII. 25 Audiui enim saepe, securius esse audire, quam dare consilium, l. 1. c. 9.
- VII. 26 Fili, noli credere affectui tuo, qui nunc est: cito mutabitur in aliud, l. 3. c. 38.
- VI. 27 Putamus aliquando alijs placere ex coniunctione nostra, & incipimus magis displicere ex morum improbitate in nobis considerata, l. 1. c. 8.
- V. 28 Esto prouidus, & vigila in orationibus, & humilia te in omnibus, l. 3. c. 28.

IV. 29 Noa

- IV. 29. Non magni pendas, quis pro te, vel contra te sit: sed hoc age, & cura, vt Deus tecum sit in omni re, quam facis, l. 2. c. 2.
- III. 30 Nulla bona actio te impedit, si liber intus ab omni inordinato affectu fueris, l. 2. c. 4.
- Prid. 31. Petent alij & accipient, tu petes, nec impetrabis. Erunt alij magni in ore hominum, de te autem tacebitur, l. 3. c. 54.

Dies
mensis

APRILIS.

Kal: Bonus & pacificus homo, omnia ad bonum conuertit, l. 2. c. 3.

IV. 2. Si libenter crucem portas, portabit te, & deducet te ad desideratum finem, vbi scilicet finis patiendi erit, quamuis hic non erit l. 2. c. 12.

III. 3. Tu facta tua bene scis excusare & colorare: & aliorum non vis recipere excusationes, l. 2. c. 3.

Prid: 4